Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite II



gloriam aversantem vetet exornare laudibus: aut sane vinculum ad solvendum facile, obligatioque ejusmodi, quæ ad hoc ipsum potius præstandum impellat amantes. Nam ex quibus ille laudes se evitaturum arbitratus est, interdicti vinculo nostros conatus subvertens atque impediens, ea nobis ipsa laudandi occasionem suppeditant. Cum enim singulæ præclaræ animi ipsius dotes uberem ad laudandum materiam exhibeant; tum illud cumprimis, quod laudibus non afficiatur. Optabat quippe non videri, sed bonus potius esse. Ex quo quidem vel solo, licet aliud nihil laude dignum præstitisset, collaudari profecto mereretur. Adeo enim laudibus se delectari ajebat, ut eo vinculo vituperationem ex illis manantem obsignare maluerit, atque evitare. Istud vero primum nostræ orationi stadium aperit, & clare metam ostendit, ad quam dirigere cursum oportet: ne temere progredientes feramur præcipites, sed per viam incedentes regiam, consideremus admirandum illum Dei virum, prohibiturum non fuisse, ne laudaretur, nisi laudibus se dignum cognovisset. Nam nullus, nisi valde insignis atque suspiciendus, cum adhuc in vita maximis virtutibus præcellat, memoriam sui oblivione apud posteros deleri jubeat. Et quemadmodum Paulus, prædicator gratiæ, auspex Ecclesiæ, os Christi, licet de se ipse

1. Cor. 15.

dixerit: *non sum dignus vocari Apostolus*; non tamen ideo effecit, cur minus Apostolus vocaretur: imo quanto ipse submissius de se sensit, tanto majorem consecutus est gloriam. Sicque magnus noster hic Pater, quoniam prudenter ac caute se ipsum laudibus indignum censuit, ideo deinceps laudibus celebrari promeretur.

Cum ergo ea Ecclesiæ nostræ consuetudo sit atque institutum, ut virtutis cultores, propterea quod ejus partes amplexi sint, coronentur; atque illi potissimum, qui ob humilem de seipsis existimationem spiritu sublimes evaserint; cum ipsum dicat Euangelium: *Qui se humiliat, exaltabitur*:

Luc. 14.

haud quaquam sane vituperandi, vel irridendi, aut reprehendendi sunt, qui sancti hujus Patris virtutes atque encomia describentes, ipsius nobis vitam tamquam spirantem, & animatam aliquam columnam erigunt. Quæ vero commemoravimus, nequaquam falsa esse prudens auditor cognoscet, si ubi peroratum fuerit, varia ipsius virtutum genera collegerit, ex quibus nos velut pretiosis ac diversis lapillis, auroque distinctam contexentes coronam, gratum atque optatum Christi Ecclesiæ donum offeremus. Gestit quippe illa ac gaudet ejusmodi se muneribus decorari, quan-

A δόξαν ἀποστρεφόμενον· ἀλλὰ δεσμὸς ἄδεσμος, καὶ κατοχὴ ἀκατάσχετος, πρὸς τὸ ἐναντίον τοὺς ἐραστὰς συνωθοῦσα. δι᾽ ὧν γὰρ ἐκεῖνος τοὺς ἡμετέρους ἐκφυγεῖν ἐπαίνους κατεστοχάσατο, δεσμῷ τὴν ἐγχείρησιν ἀποτειχίσας, διὰ τούτων ἡμεῖς τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐγκωμίων λαμβανόμεθα. ἕκαστον μὲν οὖν αὐτοῦ πλεονέκτημα πρὸς ἀφορμὴν ἐπαίνου τελείου, μάλιστα δὲ τῷ μὴ χαίρειν ἐπαίνῳ. ἐβούλετο B γὰρ οὐ δοκεῖν, ἀλλ᾽ εἶναι χρηστός. δι᾽ αὐτὸ τοιγαροῦν καὶ μόνον, κἂν μηδὲν ἕτερον ἄξιον πέπραχεν ἐπαίνων, ἐγκωμιάζεσθαι δίκαιον· ὅτι τοσοῦτον χαίρειν εἶπε τοῖς ἐγκωμίοις, ὡς καὶ δεσμῷ σφραγίσαι τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐπιτίμησιν. ἡμῖν δὲ τοῦτο πρῶτον ἀνοίγει τοῦ λόγου τὸ στάδιον, καὶ πληροφορεῖ μὴ βαίνειν ἀσκόπως, μηδὲ κατὰ κρημνοῦ φέρεσθαι, ἀλλὰ βασιλικὴν ὁδεύειν ὁδὸν, καλῶς ἀναλογιζο- C μένοις, ὅτιπερ εἰ μὴ ἄξιον ἐπαίνων ἑαυτὸν ὁ θαυμάσιος τοῦ Θεοῦ συνεώρα, οὐκ ἂν εὐφημεῖν αὐτὸν ἀπεῖργε τοὺς θέλοντας. οὐδεὶς γὰρ μὴ θαυμαζόμενος, ἔτι περιὼν ἐπὶ μεγίστοις πλεονεκτήμασι παρεγγυᾷ τοῖς μετέπειτα, λήθης πώματι τὴν ἑαυτοῦ μνήμην παραφανίζειν. πρὸς δὴ τούτοις ἐστὶ καὶ τοῦτο εἰπεῖν· ὅτι καθάπερ Παῦλος ὁ ῥήτωρ τῆς χάριτος, ὁ νυμφοστόλος τῆς ἐκκλησίας, τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, D οὐκ ἀπώλεσε τὸ καλεῖσθαι ἀπόστολος, διὰ τὸ εἰπεῖν, οὐκ εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι ἀπόστολος· μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τοῦτο αὐτὸ τὸ μετριοφρονῆσαι, μεῖζον ἀπηνέγκατο κλέος. οὕτω δὴ καὶ ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν, ἀνάξιον ἑαυτὸν ἐπαίνων δι᾽ εὐλάβειαν κρίνας, ἄξιος εὑρεθήσεται κατὰ τὸ ἀκόλουθον.

Ἐπεὶ οὖν ἡμέτερος τῆς ἐκκλησίας νόμος τοὺς τῆς ἀρετῆς ζηλωτὰς ἐκ τοῦ ταύτης τὰ εἴδη μετέρ- E χεσθαι στεφανοῦν οἶδε· καὶ τούτων ὅσοι μάλιστα τῷ ταπεινῷ τοῦ φρονήματος μέτρῳ πνευματικῶς ἀνυψώθησαν, κατὰ τὸ τοῦ Κυρίου ἐν εὐαγγελίοις ὧδέ πως εἰρημένον· ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. ἔξω παντελῶς ψόγου καὶ σκώμματος καὶ αὐτῆς τυγχάνουσι καταπκείσεως, οἱ τοῦ παρόντος θεοφόρου πατρὸς τὰς ἀρετὰς ἀναγράφοντες, καὶ οἷον εἰς στήλην ἔμπνουν καὶ ζῶσαν τὸν ἐκείνου βίον ἡμῖν ἀνε- F γείροντες. καὶ τῶν ἐπαγγελθέντων ὁ σοφὸς ἀκροατὴς ἐπόψει τὸ ἀψευδὲς, κατόπιν τοῦ λόγου τὰς ποικίλας αὐτοῦ τῶν ἀρετῶν ἰδέας ἀναλεγόμενος, ὧν ἡμεῖς καθάπερ ἕνα τινὰ χρυσοκόλλητον στέφανον, πολυτίμοις καὶ διαφόροις περιηνθισμένον χρυσουργήσαντες λίθοις, τῇ νύμφῃ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δῶρον ποθούμενον προσκομίσομεν· χαίρει γὰρ τοῖς τοιούτοις φιλοφρονεῖσθαι χαρίσμασι,

ὅτε

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0046
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg